

**S**enatusconsulti Claudiani, quod a CLAVDIO Imperatore,  
ad cuius orationem factum est, non a PALLANTE,  
eiusdem repertore, ut quidam perperam putarunt, nomen  
traxit <sup>(a)</sup>, praeter iuris conditores, in primis meminit TAC-  
ITVS <sup>(b)</sup>. De cuius quidem verbis cum admodum inter-  
se pugnantes sint doctorum virorum sententiae, ea, vti  
hodie vulgo leguntur, hic adscribere & curatius confide-  
rare non pigebit. Sunt autem haec: *Inter quae refertur ad  
patres de poena feminarum, quae scruis coniungerentur: statut-  
turque, ut ignaro domino ad id prolapsae, in servitude; si  
consensisset, pro libertate haberentur.* Ita fere divi-  
naverat olim RHENANVS, cui conjecturae, a LIPSIО e  
Codice Farnesiano confirmatae, fauere optimos libros,  
testes sunt locupletissimi IAC. GRONOVIVS & ER-  
NESTI <sup>(c)</sup>. Quae ubi primum proposita esset lectio, sta-  
tim invenit & inter Jurisconsultos, qui eam reciperent  
vniceque veram esse, agmine veluti factio, iurarent, in-  
ter quos iam nominibus suis suspiciendos deprehendi-

A 3

mus

(a) Vid. LIPSIUS ad TACIT.  
*Annal. XII, ss. & EVEF. OTTO,*  
ad §. i. L. de success. sublat.

(b) TACITVS d. l.  
(c) Ad laudatum TACITI lo-  
cum,